Quelle:
Copyright:



S. Augustini, sed incerti authoris asserunt edit: Benedictini Opp: S. Aug: T. VI in App: col: 293.

12.

S: Augustini libri duo de visitatione infirmorum. 153a-158b

S: Augustini libri duo de visitatione infirmorum. Absque titulo opus inchoatur: "Visitationis gracia nepoti meo Karissimo morienti extremum valedicturus hesterna die processi". In codice nostro praecedenti Sermoni annexum scribitur, ac si ejusdem esset authoris; sed in edit: Mauriana T. VI. in App: col: 253 authoris incerti esse dicitur.

13

S: Augustini liber de vita contemplativa. 158b-160b

"S: Augustini liber de vita contemplativa", ita codicis nostri Rubrica, sed perperam; ab editoribus enim Maurian: rejectus est in Tom: VI. Append: col: 75. Opp: S. August: hac inscriptione de diligendo DEO, ibique in praevia admonitione notant, authorem praesentis libri plurima decerpsisse ex Opp: Anselmi, Bernardi, et Hugonis a S. Victore. Vincentium quoque Bellovac: cap: 23 Speculi natur: nonnihil ex capite 3. hujus libri citare nomine Petri Comestoris. Opus incipit: "Vigili cura mente sollicita"; ac fusius habetur in praefata editione, quam in codice nostro.

14.

Fastidii Britonis liber de vita Xtiana. 160b-174a

Rubrica codicis est: "Incipit liber beati Augustini de vita Xtiana". et opus incipit: "Ego Augustinus primus peccator. Sed Fastidii Britonis partum esse jam ostendimus Cod: CXCIV. n: 5.